











Magnifico ac clarissimo domino Nicolao Foscaro Patri. Ve. Iacobus Francus Rauen. .S. .P. .D.

Cum eam historiá Vir Magni. quá superioribus ánis cóciuis noster Desiderius Spretus uir mea séntétia peritissimus: multaque & doctrina & sciétia pditus de urbis nostræ origíe ac de nónullis eius gestis ellegáti stilo cóscripsit: eius filius Ioánes baptista iurecósultus haud Incelebris íprimédá eét traditurus: me uariis alioquin multiplicibus q̄ tú curis tú ét negociis districtú maximo studio rogauit atq̄ adeo orauit: ut uellé prius hunc libellú diligéter recognoscere: deinde aliquádo íteresse dú íprimeret: nequaq̄ ignarus solere multa í libris ab ípressoribus deprauari: ímutari: corrúpi: atq̄ íuerti. Quorú indiligétia nó mediocré latinæ linguæ afferri iacturá utiná mea falso iactaret oratio. Homini ego amicissimo qué unice diligeré: cuiq̄ me charissimú eé sentiré: nó potui quicq̄ denegare. præsertim iusta petenti Itaq̄ eá historiá accurate recognoui adhibito quátulúcúq̄ í me é iudicio ítermissisq̄ íterdú laboribus & curis: quæ assidue aíum meú et fatigát & ípediunt. dabá operá: ut adessé castigator & eo℞ quæ íprimebant recognitor neq̄q̄ ídiligés. Ergo cú iá eét ad calcé opis uétú cúq̄ labori suprema manus íposita: cæpi egomet mecú cogitare una q̄ Ioánes Bap. cui ná potissimú ex amicis húc lib℞ miterem℈ legédú cui futurus eét nó íiucundus. Inter cogitandú aút succurrit: te eú eé qui semp urbé nostrá súmo amore fueris prosecutus: nosq̄ maxima charitate foueris: defenderis: tutatus atq̄ amplexus fueris. Te ité cuius Auo Veneto℞ principe existéte urbs nostra Rauéna fausto omíne í Venetá uenit fidé ac ultro se senatui uestro obtulerit: dederit: ac dedicauerit. De qua re latius apud hác nostrá historiá é legere. Te igitur unum ex oíbus Vir Magnifice. simul & doctissime dellegimus: cui húc libellú duximus mittédú futu℞ testé: amoris: fidei: obseruátiæ Rauénatis populi erga te: ac auú tuú quocúq̄ tépore de nobis ac de re pu. nostra op ime meritú: cuius manibus nunq̄ desinet q̄sq̄ nostrú debere quoad erit uita superstes: Suscipias rogamus hác historiá nostrá libéti aío & cú p ociú licet eá ne graueris plegere. Videbis ibi ac cognosces de Rauénatibus quos uelim tibi psuadeas eé futuros q̄ perpetuo tibi & tuis oíbus deditissimos. In primisq̄ ego ígenium quantulúcúq̄ est: operá: curá: diligentiá: menté: totú denique me ipsum tibi polliceor atque offero. Vale uir Magnifice. Iacobúque Francum tuum diligas. M.cccclxxxix. vii. Cal. Septembris.

Desiderii Spreti Rauennatis: de amplitudine: de uastatione: & de instauratione Vrbis Rauennæ: Ad æquestris ordinis Virũ clarissimũ Dominũ Iacobũ Antoniũ Marcellum patricium uenetum.

On sum nescius eques illustris q̃grandé: q̃q; humeris meis imparé prouinciá susceperim: qui Rauénæ urbis antiquissime amplitudiné: qui uastationé: eiusq; instaurationé q̃breuissime recésere decreuerim. Quod arrogantiæ tamé haud uelim adscribas: Verũ icredibili potius pietati: quæ me nuper ad patriæ reliquias inuestigandas: prope ígenioli mei tenuitate illustrãdas ípegit. Quod sane munus: eo mihi libentius obeundũ fuit: quo id maioris & iocũditatis & opæ præcii fore legentibus animaduerteré: ubi quis uelut í speculo quodá uices conspicaretur humanas disceretq; q̃parũ secundis í rebus cõfidere liceat: quãdoqdem urbis amplissime cadauera ac ruinas aspiciet nec desperãdũ aduersis: ubi eandé illá hoc tépore ídies coalescere: ac reuirescere senserit. Verũ eniuero quõ circũspiceré qué potissimũ donaré hoc munere. Tu occurristi uir in primis amplissime. qué alterũ ista in re. pu. Scipioné aut Priscũ illũ tui generis principé. M. Marcellũ audeo dicere. cuius ductu & auspicio ut cætera tua lõge præclariora facinora sileá nostra hæc ciuitas e crudelissimis tyrãnorũ faucibus ad augustũ uenetorũ desciuit imperiũ. Quod tá & si paulo post tuũ hinc discessũ cõtigerit: id tamé tua singularis ídustria ac spectata ꝓuidentia optimũ quéq; subleuando ac prauos deprimédo ciuiũq; oíum beniuolentiá alliciédo nimirũ effecit. Qua ex re rauénaté illũ esse profecto negauerim: qui uenerandũ hoc Iacobi Antonii nomé suo í corde cælatũ nõ habeat. Quo quidé munere nostro eo libentius te donare constitui quo & laborũ meorũ iudex existas & amoré meũ erga te ꝑcipuũ & sũmá in uenetos obseruantiá fidé ac deuotioné recognoscas. Accipies igitur urbis huius nostræ: ímo uestræ: ímo tuæ monuméta uetustissimis deprõpta codicibus. Accipies & una hunc animũ qui dignitati tuæ semp ab ipsis ut aiunt unguiculis deditissimus fuit: qui nuper has lucubraciũculas noí tuo ueluti cuidá numini suo dicauit. quibus amplitudiné tuá plus sane splendoris & nominis q̃ cæteroꝶ omniũ uel doctissimorũ inditiũ daturá confido. Vale.

De origine & amplitudine Vrbis Rauénæ Liber primus.

Auēna urbs antiquissima loco quidē delectabili sita est: atq agro sane fertilissimo eorū quæ ad usū hominis pti nent: frumēto. sac pecori q maxime accomodato: alicu bi uero saltuoso & aquis munito: p quē & amnes nō exi gui & nō nulli p menibus ciuitatis labunt. suburbiaq disterminát. Aliqui uero aliunde p agrū decurrentes adriaticū ifluūt mare: Vnde cōmode pōt se iterdū uenationibus & piscationi exercere iuuentus. Plures autē dū mare irrūpunt ea flumina portus efficiūt. In primis spatiosū illud hostiū spineticū. Quod nominis mutatiōe primariū dicit. Secundū illud pirotoli. Tertiū quod nūc sancte marie i portu denominat. Quartū uero classicanū. Quintū quod geruasiū plures appellare cōsueuerūt. Ex quibus pmulta cōmoda ac utilitates nō mediocres incolæ capere possūt. Fossā itē habet nauigia ferentē: quæ in fluuiū eridanū deriuat. per quā e liguria & ex aliis italiæ partibus merciū & multarū rerū copia rauennā ratibus aduehit. Habet pterea urbs ipsa aerē satis humanæ naturæ cōuenientē: qui maiorē quoq i dies temperiē suscipit: fuerat aūt olim saluberrimus: ut antiqssimus orbis descriptor Strabo de Rauēna locutus his uerbis memoriæ prodidit. Cū a mari fiūt iundationes nō mediocrē accipit maris partē adeo ut uniuersa cenositas: hinc fluctu marino: hinc fluminibus alluētibus: tetrū medicat odorē. Hoc igit pacto saluberrimus cōpitur locus: unde gladiatoribus educādis: ac exercitatiōe erudiēdis: hunc idoneū lanistæ locū designauere. Inter cætera eius loci mirabilia: illud est q palustribus i locis: aer inoxius est: quēadmodū ad alexandriā egypti: paludis uiciū estate propulsat pter amnis icrementū simul etiā euanescēte ceno. Huius autē loci salubritas. L. Victrunii in libro qui de architectura inscribit. Vbi plures innoxii aeris causas affert. lucidissimo quidē testimonio cōprobatus. Cæterū bellis uigentibus atq homiuū negligentia ager ipse parti palustris partim dumosus effectus ē. Vnde crassis in aerē sublatis uaporibus prisca illa salubritas facile corrupta ē. Quid qd uitibus euenit. Vt idē ait Strabo qadmirabile: eas palus creat celeriter perficit: & multum fructū edit. Omitto pinus & quædā alia arborū & fructuū genera: quibus solus ager ille multipliciter habundat: quæ nec liguriæ: nec hetruriæ: nec piceni nec aliarū fere italiæ prouintiarū ager uspiā gignit. & ne spaciari nimis uidear q ab initio instituerī: omitto solatia & oblectamenta plurima quæ uenando: aucupando & piscando ex paludibus & toto rauēnati agro cōparantur.

Vnc āt de noīe ac origīe ipſius urbis dicēdū exiſtimaui. Sunt enī
q̄ a ratibus Rauēnā ſeu a nauibus nauēnā denoīatā uolūt. Nā ur
bis cōditores ad hæc loca ratibus uectos autumāt. ſiue Rheuēna qđ
forte uerius eē credit: ob aq̄ꝝ cōgregationē. ſic enī id nomē ſignifi
care uolūt. A q̄ ſnīa nō diſcrepare uident ipſius Strabonis uerba qui
hūc ī modū ſcriptū reliquit. Intra paludes urbs maxīa Rauēna poſi
ta ē tota ligneis cōpacta ædificiis: aquis diffuſa: pōtibuſq; ac lēbis pa
grata. Aliqui narāt ab nembroth filio Cus filii can ex Noe ꝓgeniti eā
fuiſſe cōditā. At quoniā id ſine ānaliū ſcriptorūq; auctoritate aſſerūt
ipſis minime aſſentio. Veꝝ Strabōis diligētiſſimi ſcriptoris opinio
nē magis ſequor qui eā a theſſalis cōditā fuiſſe teſtat his uerbis. Ra
uēna a theſſalis cōdita phibet cū āt tuſcoꝝ iiurias ferre neqrēt um
bros quoſdā ultro aſſumpſerūt q & hoc tpe urbē inhabitāt ipſi uero
domū rediere. Multi dicunt qbus plinius aſſentit oppidū poſtea fuiſ
ſe ſabinoꝝ quos ante urbē Romā & cōplures alias tunc conditas ur
bes: antiquos qdē: potētes. armiſq; pſtātes: ac opulētiſſimos: ſicut hi
ſtoriæ ferunt cōperimus. Qua uero tēpeſtate aut p quos noīatim ui
ros: talis ac tāta ciuitas fundata fuerit: qq; illā ab īitio hūerit: nō ſatis
cōptū hēo. Aucta ē āt Rauēna ſpinæ dudū ciuitatis uetuſtiſſimæ ac
opulētiſſimæ occaſu. & ab ea mirabile hūit īcremētū. Ita ut apud ra
uēnates maris īpiū extitiſſe qđ apud ſpinēſes olī teſte Strabōe fuiſſe
legimus nō īmerito ſuſpicādū ſit a qua qdē ciuitate & hoſtium illud
ſpineticū qđ nup primariū dicit denoīatū nō dubitamus. Nā locus
ibi qdā uolta ſpine ēt ī hodiernum diē nuncupat. Fuit autē eo in lo
co ſpina quidē ciuitas. quæ ut cōſtat non paꝝ tpibus illis floruit: ad
quā tunc mercatores & cōuene pro cōmutādis emendiſq; mercibus
undiq; cōfluebant eum ad locum nauibus: accumulatiſſime res ue
nales cōuehebant. Cuius quidem rei clariſſimus teſtis eſt Strabo ſpi
nam ſic inter ſitum Rauennæ commemorans. Quo interuallo bu
trium rauennæ caſtellum eſt & ſpina. hoc quidem tempore uiculus
at quondā græca ciuitas & quidē celebris. In delphis ſpinenſiū theſau
rus cōmoſtrat aliaq; de ipſis memoria mādata ſunt apud quos maris
erat īperiū: eā ut tradit unda maris alluerat. nunc locus nonaginta a
mari ſtadiis diſtās ī mediteranea iacet. Sed illud ē mirandū nulla ipſi
us urbis fundamenta in loco extare: quæ ciuitatis illius nobis fidem
faciāt ꝙ niſi teſtis eſſet Strabo & uetuſtiſſimæ quædā ſcripturæ no
bis indicarent. non facile crederemus. Eius autē urbis euerſionis cau
ſa penitus ignoratur. At eam nos preterire non erit indiguum. Omiſ

sis igitur Rauennæ urbis exordiis: quando quidē aliud nihil certi ni si quātū supra expressimus hēri pōt: aliquanto altius: augustā ipsius dignitatem amplitudinēq3 recensere conabor.

Rbs Rauēna sicuti uetustissima quædā litteraꝝ monumenta: & ipsa nēpe antiqtatis uestigia docēt: præstantissima qdē & excellentissima fuit: ut suo ēt tpe parē nō habuisse plures affirmēt. Quod & Strabo plane sensisse uidet̄ cū ait ītra paludes urbs maxīa Rauenna posita est. Ante urbē Romā uti clare accepimus cōdita ē: & multis olim populis ac nationibus gloriosissime īperitauit. Arma quoq3 tunc ferox ille Rauēnas populus ī hostes rebellesq3 ciuitates capere: ac oēm expeditionē parare: bellaq3 plurima gerere nō dubitauit. Ausus ēt durissima aduersus ticinēses prelia inire: & eos tandē ui ac ferro ī urbē psecutus æreas urbis portas auferre. Cuius rei adeo cōstans fama fuit: ut mea ēt ætate phlippomaria illis tunc imperāte: eas portas repetere curarint. Multa īsup mari terraq3 eos potuisse: & ī hostes expeditā ppetuo tpe classem olī tenuisse nouimus. Quibus oībus populū tunc rauennatē: & uiribus & armis potentē ac illustrē fuisse cōstat. Igit̄ cū potens & ægregia eēt urbs rauēna pulcherrimū quippe erit ītelligere quonā pacto cū romanis se initio habuerit. Nā poterit fortasse quispiā quærere si tā potens erat cur ī romanos rauēnatis populi bella uel expeditiōes nō legunt̄ quod pfecto nulla cā facta existimo nisi ꝙ ciuitatē ipsā cū romāis federatā fuisse cōpio apud Ci. ī oratiōe p Cornelio balbo: cuius uerba subiiciā. GN. Pōpeius magni pater rebus italico bello maximis gestis. P. Censiū ciuē romanum uirū bonum. Q. Iunium rauennatē. federato ex populo: ciuitate donauit ex his certe uerbis. Q. Iunium rauennatē bello italico īterfuisse: strenueq3 egisse: & iō ciuitate donatū intelligimus. Mos nanq3 tunc romanis erat: ut peractis rebus bellicis: pro meritis alios ciuica uel uallari uel murali corona: alios agro uel ciuitate donarēt. Nā Massimissa rex federatus: qui romanis auxilio uenerat: confecto bello punico numidiæ regno donatus est. ex quibus postremo uerbis: populū rauennatē cū romanis: tunc iure federis iunctum fuisse: clarissime constat. Sabinos præterea: primos cum populo romano federatos exti-

tisse tradunt:& Liuius & Lucius Florus:& qui de romana re publica conscripsere:quorú rauennam fuisse oppidú supra ostendimus. Quá ciuitatem. C. Cæsaris temporibus non parum etiam floruisse Suetonius refert:cuius ut notior fiat sententia uerba subnectá. Cú Cæsar ex Gallia transalpina in citeriorem transisset galliá:Rauennæ substitit:inde cum tribunos plebis qui pro eo intercedebant urbe cessisse intellexisset:premissis clam cohortibus:nequa in eum suspitio moueretur spectaculo quidem publico per dissimulationem interfuit & gladiatorum ludi formá tunc primum considerauit frequentiq; ex cõsuetudine se cõuiuio dedit post solis uero occasum mulis e proximo pistrino aduehiculum uinctis:iter occultissimum modico ingressus est cõmitatu luminibusq; extinctis euia decedens tandem ad lucem duce repto:per angustissimos tramites pedibus euasit: Cæsaré autem fortissimú oíum ĩperatorum nouẽ habenté legiões:haud frustra populú rauennaté timuisse creditur:quoniá ex ea palá discedere nõ est ausus: & q̃diu apud eá fuit de ĩuadenda eius re pu. cõsiliú occultauit. Ottauianus ité cæsar Rauenná aliquádo ex urbe diuertisse:apud eundem Suetonium legitur q ét cú ex militaribus copiis:legiões & prouinciarum auxilia distribueret. Classem Misseni & alteram Rauennæ: ad tutelam superi inferique maris collocauit:ex quibus omnibus satis liquido constare potest:quanta qualisque tunc rauenna fuerit. Plurimique postea imperatores reges ac duces:regni sui sede ibi constituta:eam aut inhabitarunt aut magnis presidiis tenuerunt. Nam ex imperatoribus Rauennæ legimus Iustinianum aliquibus Valentinianum uero posteriorem pluribus:necnon Honorium: & Theodericum Gothorum regem annis triginta nunquam ex ea discedentem imperii sui sedem tenuisse: dehinc successorem suum Theodatum & quotquot ex regibus gothorum in italia regnauere. Cuius rei testis est Paulus orosius & quidem lucuplex in eius historia: ubi imperatorum gesta commemorans præter Gothorum Longobardorum:& exterorum regum apud Rauennam res præclare gestas: multa scribit quæ ipsius urbis dignitatem non mediocrem insinuant. Eius igitur aliqua diuersis licet in locis conscripta recensere constitui:quo maiorem legentibus fidem exibeant. Honorius tradita Constantio eius comiti fide integerrimo: galla placidia eius

germana. Ex quo Valétinianum genuit: q postea rei publice ĩperiũ gessit: eũ tandẽ cunctis annitentibus apud Rauẽnã ĩ regni cõsortiũ asciuit. apud quã etiã ciuitatẽ. Idẽ Honorius sua tricẽnalia peregisse legit. Maiorianus itẽ exẽpto ĩ Italia rebus humanis Auito apud Rauennã ĩuadit ĩperiũ: quod nimis ꝓpe q̃tuor obtinuit. Quo etiã mortuo Seuerus apud Rauennã imperator efficit: Atq; Augustus appellat. Glicerius domesticus a Gundi uero patricio totius etiã uoluntate exercitus apud Rauennã imperator efficit. Magnã insuper. Idem horosius fuisse militiã Rauẽnatẽ his uerbis ostẽdit. Iustinianus Romanoꝝ rex Sergiũ pontificẽ qa ĩ errore sinodi quã constantinopoli fecerat fauere & subscribere noluit: misso Zacharia protho spatario suo iussit cõstãtinopolĩ deportari. Sed Militia rauẽnæ uicinarumq; partiũ iussa principis nefãda contẽnens eundẽ Zachariã cũ cõtumeliis ab urbe roma & iniuriis repulit cõtra Iustinianum. Qui tãdẽ ĩperio expulsus p Leonẽ augustũ naribus detruncat. Leo etiã augustus apud cõstantinopoli sanctoꝝ Imagines depositas ĩcendit. Romanoq; põtifici similia facere si ĩperialẽ gratiã habere uellet mãdauit. Sed põtifex hæc facere cõtẽpsit. Omnis quoq; rauẽnæ exercitus & uenetiarũ talibus iussis uno animo resisterũt. Et nisi põtifex ꝓhibuisset Imperatorẽ sup se cõstituere aggressi fuissent. Hæc & alia cõplura de Rauẽna refert orosius quæ cũ plana sint neue longior fierẽ p̃terire consiliũ fuit. Munitissimo insup muroꝝ ambitũ ædibus ac sup̃bissimis quidẽ edificiis ornauere. quoꝝ ps modica & fere nulla nũc inspicit a Tiberio & Claudio germãico menibus auctã a quo & portã illã cui aurea est nomẽ eximio ac magnificẽtissimo quidẽ opere cõstructã ex marmore pario fuisse nouimus. Indicãt ad ipsam portã littus: qs hic ĩserere nõ erit ĩiocundũ. Tiberius Claudius Drusi filius Cæsar augustus: germanicus. põtifex maxĩus: tribuniciæ potestatis: secũdo cõsul: designatus: tertio imperator: tertio pater patriæ: dedit. Quem tamẽ muꝝ Valẽtinianus posterior gallæ placidiæ filius ut auctor est Agnellus rauẽnas põtifex: uel ĩstaurauit uel pte ex aliqua ampliauit sũma adeo cura cõsumatũ ut fere nullũ italiæ nũc uel nouũ uel uetustũ habeat illi æquandũ basilicas uero pmultas ac monasteria ꝓpriis extruxere ĩpensis. Quibus tũ opum magnificẽtia: tũ ornatu speciosissimo: pares quidẽ paucissimæ ĩ italia nunc spectantur. Qualis est in primis diui Vitalis basilica. quæ & ĩ hunc diẽ ĩ signis cernit. eã ab Iuliano argẽtario Iustiniani ĩperatoris iussu ĩ sanctæ sophiæ cõstãtinopolitanæ ædis similitudinẽ: extructã nouimus. In cu

ius testudine stat i altaris tabula marmoreus lapis adeo pspicuus & clarus ut satis licet pfundus sit ex opposito tamé quodcūqꝫ obiectū clarissime discernat. Adsunt etiá cádidissimo i marmore tres isanti- um imagines opus nec imerito ut fert polycleti quæ omnes certe a- lias pulchritudine arte & optima mébroꝝ pportione facilime supe rant. In eiusdé quoqꝫ testudinis súmo uertice qu dá agnus dei tesse- lato ope celatus existit: qui tá mira opificis arte formatus est: ut quo uis ex tépli latere eú ispicias ipse te sép recta facie ac clunibus retro uersis itueri uideat. Preterea ne longá tépli descriptioné psequamur tú uario marmoꝝ ornaméto tú ope tessélato i eo multa sunt & ui- su & cōmemoratiōe dignissima. Quid ædes Iohánis euágelistæ. Gal- le placidiæ Valentiniani genitricis opus népe eximiú: Quid Sacellú illud speciosú: & táta artificú cura ex edificatú: i ipsius augustæ sepul chrú: cuius adhuc corpus supbissima i sepultura marmoreo lapide: ibi splédidissime fabrefacta: reconditú esse cernit. Adde crucis: Za- charie: & Michaelis tépla. quæ eadé augusta súma quadá dilligentia cōstruxit Mariæ quoqꝫ i rotundo ut appellát quod unico eoqꝫ ipso uastissimo tegit lapide. id náqꝫ i theodorici gotthoꝝ regis sepulchꝝ exedificatú reperimus. Téplú ité Martini i celo aureo: qd nominis mutatiōe Appolinaris i nouo dicit & Saluatoris: sup cuius pinacu lo: Idé gotthoꝝ Rex ereá statuá auro purissimo deauratá uariisqꝫ or natibus redimitá: ut gloriosú ostétaret opus erexit. quá & Carolus francoꝝ Rex quú totá fere subiugasset Italiá in galliáqꝫ rediret & p Rauenná iter faceret: subtraxit & i galliá detulit. palá testatus simi- lé se nūqꝫ uidisse: nec artificio nec ornatu celsioré. Adest & gotthicú templú quod gotthi gens licet ariane heresis labe isecta: sub sácti An dree nomine súmopere cōptá: & suis túc ædificiis admirabile cōstru xere. Sed id nup solo equatú & funditus deletum uidimus: pclaꝝ au té opus & multoꝝ annoꝝ labore: arx munitissima quæ modo táta uenetoꝝ ipensa erigit: paucis nup diebus absumpsit. Subinde Apol linaris i classe templú quidé splendidissimum narsetis Iustiniani du cis opa exedificatum. Porro Laurentii i cæsaria ædes quá Lauriciú i peratoris honorii cubicularium: i hunc modum fundasse legimus. Honorius cæsar Lauricio iussit: uti i cæsareo oppido apud rauenná: regale & speciosum sibi atrium edificaret. Is assumpta pecunia ad lo cum confestim accessit. ibiqꝫ basilicá laurétio martiri dicatá: edifici is ac magnitudine pclará cōstruxit: & cum omnia consumasset ad i- peratoré rediés: ut expletum sibi opus enunciaret. cæsaré mox tur-

batum inuenit. Iamq; inuida maliuolorum fraus: iperatoris aures tēta uerat. Interogatus demum lauricius si comissum sibi opus expleuisset: & imperialem aulam extruxisset: omnia se fide confecisse respondit. Quo audito cæsar tacitus quieuit. Cum autem ad ea loca profectus fuisset honorius. sublimia conspicatus edificia: Lauricii opus preter multorum expectationem summæ laudauit. Non mediocris utiq; honos Rauennæ fuit. ipsum Cæsarem honorium alios ité quosdá cæsares: ex urbe rauénā aliquādo diuertisse. Extat & ædes Iohānis baptiste: cuius baduarius quidā fundator extitit. At quoniā natio & stirps eius scriptis minime mādate sūt nos illā ignorare non est mirū. Quid templū mariæ i portu quā Petrus quidā peccator romanæ ecclesiæ cardinalis erexit edificiis ac ornatu sublimé: & alia insuper isignia monasteria: ac basilicas magnificentissime constructas temporibus illis fuisse cōperimus. Quæ hic nominatim describere lōgū esset. Ea uero amplissimis cōdonarunt patrimoniis: Hinc habent Cathedralis huius urbis ecclesia: & septé alia monasteria: possessionū ius amplissimarum i exarcatu Rauēnæ & i omni agro qui tunc ad rauēnaté spectabat iurisdictionem. Qui quidé ager & exarcatus: ab apenino mōte picenū inter & padū placentiā usq;: & ultra padū ad mincii amnis fluenta: in paludes & mare adriaticū protendebat. Nā quicqd a placentinis & agri papiensis finibus: padū inter & apeninū: ac paludes: stagnaq; uenetorum & adriaticū pelagus pertinet ad ariminū. Quā quidé ciuitaté & quicquid intra Isaurum. Cui fluuio nunc folia est nomen: Apeninūq; & adriaticū mare continet rauennati Iuri & exarcatui subditū fuisse ostendit cōsuetudo iuris: ab exarco dicendi usq; ad hæc tépora obseruata. Exarchatus auté principatū significat nā magos græce latinis princeps: Extat præterea donationis factæ ab iperatore Iustiniano ecclesiæ prędicti: pars formulæ in hæc uerba. Sancta mater rauēnas ecclesia: uere mater: uere ortodoxa: cū ceteræ multæ ecclesiæ falsā propter metum & principū terrores superinduxerint doctrinā: hæc uero catholicā tenuit fidé: nūq mutauit. fluctuationem substinuit. sed a tempestate quassata imobilis permansit.

Abuit præterea urbs ipsa portū olī insigné ad classense castellū ciuitati satis propinquū: qui adeo patens & nauigiis tutus fuit: ut illū iperatores ac reges per multi elegerint: ubi suā classem perpetuo tempore expeditā conseruarent quæ aut subitis i tumultibus: aut de

ſtinatis in belloꝝ apparatibus:Illiriū:Epirū Macedoniā.Achaiā:propontidē:pontū:Cretam.& cyprū:directa nauigatione celerius petere poſſent:q̄ ſi ex urbe roma aut aliis italiæ littoribus ſoluiſſent.Nuper uero portus ipſe pene clauſus eſt ut nedū triremes aut dromones.ſed nec ſcaffā piſcatoriā lembū ue perferat.Cuius quidē rei cauſā fuiſſe non dubitamus.ſapis fluuii & alioꝝ.fluminū:qui portū illum facerē conſueuerunt auerſionē.Nā aliud ī mare hoſtiū:quod gerua ſium dicitur:multis ante ſeculis ſibi ſapis fluuius effecit.Alii uero ad urbē declinantes:adriaticū mare aliud per hoſtiū influunt.eſt quidē ignorantibus:& ſi a maioribus ſcripta ſunt incredibile dictu.uel portū eius magnitudinis uel oppidū in claſſenſi loco fuiſſe.eum tamen quē diximus portū:moles quedā mire magnitudinis ac ſtructure.tūc ut apparet aquaꝝ fluctibus obiecta. necnon turris illius quā ad portū illū fuiſſe legimus:de qua lucerne noctu portū nauigantibus indicarent.fundamenta nuper reperta nobis euidentiſſime oſtendunt.quā quidē turrim aſſerit Plinius:omniū maximā fuiſſe.quas romanorū imperii portus alicubi habuerunt.

Rbem Rauennam adeo nobilem & præclaram fuiſſe reperimus ut illam ab initio non niſi uiri nobiles & generoſi:& qui aliquo eximie uirtutis ſplendore eſſent inſigniti:uti fama eſt eaq; haud tenuis tantum modo inhabitarent.plebeis uero & ceteris omnibus habitanda loca extra urbem deſignarunt.Hinc cæſareum:caſtellum paꝝ ab urbe diſtans condidere.quod poſtea etiam muris cinxerunt quorum adhuc fundamenta uiſuntur:ut meo artifices perpetuam traherent habitationem.Ex quo quidem oppido priſcianum uinctorem ī arte grammatica eminentiſſimum oriundum non deſunt qui conſtāter audeant affirmare: Aliud quoq; oppidum ad claſſicanum portū: quod claſſenſenſe appellabatur.ut ibi mercatores conuene & ceteri omnes qui pro commutandis emendiſq; inuicem rebus aſſidue confluebant cōmorarentur.propenſius edificarunt.quod ab leoprando longobardorum rege poſtea deletum fuiſſe legimus.Ex quibus & ſi non alia adeſſent inditia liquido perſpici poteſt: quæ & quanta rauennæ urbis nobilitas potentia dignitas & opulentia fuerit.Pictura item quedam teſelato opere facta.quæ ſpetioſa & elegans in beati Martini in cælo aureo æde : alias ut diximus ab theodorico conſtructa cernitur . tum urbis rauennæ : tum claſſenſis oppidi

antiquam pstantiā indicat. Id opus Theodati regis q tunc occidentale obtinebat imperium fuisse coniicimus. Quo ĩ loco multa uidimus: quæ & scripta credere difficile nobis erat. In pariete enĩ q ad dexterā est. Rauēna q̃lis tunc erat ĩ hunc modū depicta est: porta aurea Claudii Tiberii opus q̃lis nunc extat: ꝓpinquā hēt ĩsignē beati uitalis ædē: magna ex parte nunc integrā. Palatii itē illius excelsi qđ tanta cura impensaq; theodoricū ædificasse: cassiodorus sæpe cōmemorat & aliaꝝ ædiū ut ĩ pictura apparet supbissimaꝝ nullæ iā diu uel minimæ cernunt̃ reliquiæ. Sed illud ĩ oĩbus cernere ē admirandū ꝙ ad oēs additus q portæ aureæ & ædi sancti Vitalis bini palatio autē quaterni erāt: nec ligneæ nec ereæ nec ferreæ erāt ualue. Sed ĩ ea quā ducū regū ac imperatoꝝ iustitia & potentatus præstabāt securitate cortinula ut apparet aurea quā uelū appellare consueuerunt ꝓ ualuis & foribus utebant̃. Indicāt p̄ter picturā arpagiunculi ex ære q in sūmā hostioꝝ quæ Vitalis bina sancti ædē hēre diximus adeo tenues sunt ut cōstet eos nihil p̄ter cortinulā sustentasse. In pariete autē sinistro eiusdē beati Martini ædis classense oppidū tātis ædificiis ornatū fuisse apparet ut stupendū sit nulla ipsius fundamenta nullam partē præter ædē sancti Apolinaris quæ adhuc extat insignis ac sancti Seueri magna nunc ex parte colapsam & pene deletā necnō eius olim portus mollē de qua supra diximus: alicubi uel in silua uel ĩ uepribus inueniri. portum etiā illum quē adeo patentē & nauigiis tutū ostendimus ac turrim illam maximā pictura ipsa euidentissime nobis ostendit.

Ed quales olim Rauēna urbs uiros ac ciues habuerit ĩ præsentiarum licet ostendere. Veteres nostri & natu maiores: aditus portas & propugnacula quædā: ex ipsis denoĩata sūma cura in muroꝝ urbis ambitu construxere. uel ut aliqui tradunt ædes ibi proprias habuere. Cuius rei aliquæ quæ nunc extant portæ & propugnacula fidem faciunt. Andrianam portam: ut ab aliquibus exordium capiamus ab Andriana egregia quondam familia nomen traxisse non dubitamus. Anastasiā uero portam ab Anastasio quodā de honestis stirpe uetustissima: quæ sicut accepimus nobilissima quidē & generosa olim fuit: e qua clarissimi olim uiri & omni laude atq; gloria digni prodiere: inter quos fuit beatus Ramoaldus cameldulensis heremi ordinis erector. Gazū quoq; ubi olĩ aditus qdā fuit. & nūc ꝓpugnaculū: a nobili & quæ adhuc ĩ corneliēsi urbe p̄clara uiget. Comitum de

gazo familia. Aliud uero ꝓpugnaculũ quod polentesia dicit͛:a claris sima ac potenti quondã familia polentesia e qua præstãtissimi & generosi eius urbis ciues fuere a quibus castellũ polente conditũ fuisse credimus Pusterula turris quædã a pusterula domo quæ dudũ nobilis & clara fuit sibi id nomen uendicauit. Alidosia turris quæ ĩ hodiernũ tempus Almerici lidoxii dicitur:siue ab alidosiis quæ olim nobilis & potens habita est familia nã foro cornelii ætate nostra multisq̃ oppidis impauit. siue ut quidã perhibent quod uerius esse credo ab almerico quodã ex generosa & illustri dudũ cuniensi familia progenito. Ex hac enĩ urbe eã familiã genus suũ duxisse cõperimus. hinc nomẽ sibi turris aucupata ẽ. At ubi in ciues eius urbis egregios uirosq̃ prestantes incidimus. nõ omittendas esse decreui præclaras duas olim familias quæ non modo eã ciuitatẽ sed uniuersã fere flaminiã. Illustrare ac decorare potuissent. & in primis generosa trauersarioꝝ domus:quæ genere opulentia ac dignitate præstãs fuit:& polentesia gens haud inferior trauersarie habita:ex ea nanq̃ fuere q urbẽ nostrã Arriminũ:& oppida permulta aliquando ditione tenuerit Comites item maluicini:e quibus fuere in re quidẽ militari uiri perillustres qui bagnacaballo & oppidis etiã quibusdã olim predominati sunt:ex hac enĩ urbe & ipsi ortũ habuere. Alios cõplures generosos & præstantissimos ciues ac honestissimas quidẽ familias adducere possem:quæ & nobis eius urbis claritatẽ maximã ostenderẽt. Sed eas ob claritatẽ suã publice cognitã missas facere consilium fuit. At quando iacta in fallor sunt fundamenta:quæ generosã urbis uetustatẽ amplitudinẽq̃ nobis satis probabiliter insinuant. Nunc locus iste deposcere uidet͛ ut ex multis pauca de sanctitate ac dignitate præsulũ eius urbis:& gestis quibusdã dicere uelimus e quibus urbis splendorẽ præstantiãq̃ ostendi posse non dubitamus.

De dignitate presulũ Rauẽnæ & eorũ sanctitate.

Cclesiã rauennatẽ floruisse olim:& mira quadã ac incredibili sanctitate prestitisse oẽs affirmãt:ita ut æqualẽ fere suo tẽpore post primas sedes nõ habuisse dicere ausim. Nã martires & confessores plurimi ecclesiæ ut legimus rauẽnati presiderũt. Quosdã autẽ eorũ a spiritu q̃dẽ paraclito:in columbæ spetie dignatione mirabili delectos fuisse nemo dubitat:quorũ aliqui licet rudes essent & litterarũ penitus ignari:eã tamen post electionẽ ĩ uiros repẽte eruditissimos:& sapiẽtissimos:ac si litteris & sapientie ætate oĩ eos uacasse contigisset euasere. Et si eorũ uitæ sanctimoniã:si mo

rũ grauitatẽ si deniq3 gesta pcurrere tantũ modo uelĩ imensum qui dẽ uolumẽ excresceret. Itaq3 eorũ dignitatẽ q̃ breuissime pstringere curabo. Præsul igit̃ rauẽnas metropolitanã quidẽ potestatẽ ac iuris dictionẽ: sup episcopos sexdecĩ cõsueuit habere. quorũ hic nomina haud alienũ erit interserere. Arriminensẽ scilicet: Cesenatẽ: Ceruiẽsẽ: Foripõpi liensẽ: saxenatẽ: liuiẽsẽ: fauentinũ: corneliensẽ: brintinensẽ: bononiensẽ: Mutinensẽ: Regiensẽ: parmensẽ: placentinũ: ferrariensẽ: Adriensẽ & Clomadensẽ. Quos omnes ĩtra Rauẽnæ exarchatũ constitutos esse uidemus. Ipsũ insup rauẽne presulẽ: ab Valẽtiniano ĩperatore, ornatũ fuisse constat palio ex cãdida lana cõfecto quo solus tũc ĩperator uteret̃. quod quidẽ supbiæ incentiuũ fuisse coniicimus ut præsul rauẽnas cũ romano põtifice de principatu cõtenderet: nã multas ĩter se ut legimus cõtẽtiones habuere. Ita ut rauẽnas ecclesia tandẽ a põtificis romani ditione subtracta, prsus uideret̃. Sed postea Agatonis romani põtificis tẽporibus: ecclesia ĩpsa rauẽnas Romanæ aq: ut pxime diximus: iã pridẽ desciuerat est subiecta. Theodorus p̃ erat tũc rauẽnati ecclesiæ archiepiscopus: quo ẽt tẽpore alter Theodorus caliopa exarchus Italiæ erat clerũ rauẽnatẽ tunc magnũ: Is archiẽpus p̃ter quorũdã ex p̃decessoribus morẽ: seuera districtione in bonis moribus cõtinebat. unde maximas ĩ illũ inimicitias exercebat: fame autẽ plane ĩcohata multis ac fere omnibus opitulabat̃ archieps. Sed maior fuit quorũdã ĩportunitas, q̃ ut illo℞ ingluuiẽ luxuriaq3 potuerit explere. hinc detractiones primũ & susurrationes auditæ sunt. Auaritiã archiẽpi tenacitatẽq3 damnantiũ fame postea inualescente. ab occulta mordacitate multi proruperunt in apertã archi episcopi uituperationẽ: eos tamen ut potuit largitione pontifex conatus est demulcere. Dies aduenit sacratissima. Natalis christi. cõuenitq3 ex more ad ortũ solis rauẽnæ populus in Apolinaris ede. quæ ĩ classensi loco etiã speciosissima uisitur. expectabaturq3 archiẽpus qui missarũ solemnia celebraret. sed omnis clerus secessione facta: illũ in archiepiscopio destituerat. Cũ uero sol iã ĩ meridiẽ ascendisset exarchi opera reductus ad archiepiscopũ clerus: illũ ad maritris ecclesiã deduxit. Qua stomacatus ĩ dignitate archiepiscopus: ad agathonẽ romanũ pontificẽ se contulit: & rauẽnatẽ ecclesiã romanæ subdidit, ut nõ ultra romano par foret rauẽnas presul quod multi antea dicere præsumpserant. sed rauẽnas pontifex aut qui a clero & populo rauẽnati deligeretur: romã pro confirmatione cogeretur accedere. Cæte℞ hæc omittamus nam quædã alia recensenda locus iste deposcit. ut

scilicet q̄ breuius possim scribere incipiā.p quos fides catholica rauē natibus tradita.& primitus insinuata fuerit.& quædā demū præsulū gesta:quo nostrū prosequamur institutū.Apolinaris siquidē primus fuit qui fidē christi rauēnæ disseminauit.natione ut historiæ ferunt Anthiocēus.grecis uero & latinis litteris apprime eruditus.Hic post q̄ ab apostolorū principe ordinatus est pontifex.rauennā nobilissimā italiæ tunc ciuitatē.& multarū metropoli urbiū missus est. Vbi christi fidē diu prædicans.multos ad catholicæ fidei agnitionē perduxit.per quē & dominus signa & prodigia multa ostendere dignatus ē:cecos scilicet uidere:claudos ambulare:leprosos mūdari.ægros omni ab infirmitate conualescere.mortuos deniq3 ab inferis resurgere faciens.Tandē multos post labores sanctā rauēnæ ecclesiā:& ipsam quoq3 urbē suo quidē martirio consecrauit.Quā & eiusdē uiri meritis præcipuis:præ ceteris omnibus ecclesiis adeo clemēs ipse & uere pius dominus christus insigniuit.ut postq̄ præsul ipse sanctissimus corona martirii laureatus migrauit ad sidera.duodeni instar apostolorū:p multa quidē annorū curricula duodecim sibi successores ordinaret.nō humana electos industria.sed superna potius accitos clementia.nā super eorū capita:demissa celitus colūba: delectos esse legimus.Aderitū scilicet uirꝝ sāctissimū Eleucadiū philosophū grecis latinisq3 litteris eruditissimū:Marcianū.Calocerꝝ.Proculū: Probū:Datū:liberiū:Agapitū:Marcellinū:& Seuerꝝ.qui ultimus fuit præsulū:in quorꝝ electione:spiritus sanctus diuina quadā prouidentia descēderet.Multa uero eius leguntur prodigia quorū aliqua hic pro nostra in hunc diuū pietate percurrere: nō erit isuaue. Quodā die dū sacra missarꝝ solemnia uir sanctissimus celebraret. lectorq3 siue ut appellant subdiaconus epistolā astanti populo de more solito recitaret.pulpitūq3 asscendisset beatissimus uir i extasi repente factus est.Ministri uero existimātes q a somno fuisset oppssus:eius latera ut excitarēt cōtingunt ille tandē:ut a graui sōno se erigēs:qd mihi molesti estis inqt? licet.n.p̄sens hic uobis uiderer.alibi tamen me nup fuisse ueli uos nō ignorare.At illi ubi fuisset scisitātes:ait in mutinēsi nup tēplo aderā ubi fratris mei episcopi Geminiani ipsius templi antistitis oīpotēti deo animā cōmēdaui:ibiq3 cōmoratus donec i sepulchro corpus cōderet.Ciues aūt ut fidē eorꝝ caperēt:ad urbē mutinēsē nūtios mittūt.Qui cū ad locū p̄fecti fuissēt:de die ac hora qua btī geminiani ex uita migrasset ad dominū.diligētissime ab ciuibus scisitantur. At illi nonne pontifex uester Seuerus eius

animã cõmendauit.& donec sepulchro corpus traditũ est hic morã traxit:& deide a nostris repete oculis euanuit.His auditis mox nũcii redeũtes:Rauenatibus hæc omnia renũciauere.Aliud quoq₃ memoratu dignũ is diuinũ uĩ opatus est.Tantæ quidẽ sanctitatis fuit ut ipse etiã obitus sui diẽ proximũ uiderit.Nã celebratis ex more diuinis misteriis.sacrũ domini corpus & sanguinẽ cũ sũpsissent stola indutus pontificali.cõuocato ad se clero ac uniuerso populo:de fidei integritate:unanimitate:atq₃ fraterna dilectione prolixius sermonẽ habuit.quo finito ad sepulchrũ ubi uxor & filia p̃desunctæ iacebãt accedens.uiuus ingredit̃.& quoniã nimis angustũ erat sepulchrũ:sui & prædefunctorũ minime capax.p̃mortuis iã uxori & filiæ ut sui sepeliendi locũ sibi cõcederent mãdat:ad cuius uocẽ uxoris & filiæ ossa quælibet hæc quidẽ dextrorsũ illa uero leuorsũ se cõtrahunt.& capacẽ inter se mediũ locũ sanctissimo uiro tribuũt.Vbi deniq₃ humilis prætiosã deo animã reddidit.Sed uideo me lõgius q̃ ꝓpositũ erat euagari.Permultos alios insup sanctissimos præsules eidẽ maiori.Rauenatũ tunc præfuisse legimus.Quorũ aliqui ob eorũ uitæ sanctitatẽ nõ omittendi sunt.liberiũ primo post apolinarẽ.xiii.Probũ florẽtiũ:alterũ itẽ liberiũ.Vrsũ.aquo templũ maius & ĩ odiernũ ursianũ denominatũ erectũ est.colũnis marmoreis spetiosissimisq₃ lapidibus ac uariis ornamentis & figuris texelatis exornata.Præsul.n.ipse plebẽ dei tunc diuersa p loca uagantẽ:in ouile unũ colligere sũmopere studuit.A quibusdã postea aliis põtificibus:id multipliciter uarieq₃ decoratũ fuisse cõperimus.nã altare illud ac testudinẽ argenteã:splẽdidissime & mira quadã artificũ industria exornatã extruxere:ut par illi nullũ italia minime habeat.Omitto p̃ciosa uasa & alia quidẽ ornamenta:quæ plurima eã basilicã nouimus habere.Omitto beatoꝝ corpora cõpluresq₃ reliquias:eadẽ in ecclesia recõditas.quæ omnia & splendorẽ ipsius maximũ & amplitudinẽ ostẽdunt.Post ursũ uero petrũ petriani tẽpli fundatorẽ.cui nullũ certe tunc templũ edificiis ac ornatu simile fuisse credimus.in quo & tercẽta altaria fuisse legunt̃ præciosis lapidibus uariis itẽ figuris mirũ in modũ ornatũ auro itẽ & argento sacrisq₃ uasculis ualde refertũ fuisse scribit̃.Quo in tẽplo pictura quedã ymaginis saluatoris erat adeo spetiosissima:& dei filio dũ in carne esset similis:ut similiorẽ aspicere posset nemo.De q̃ hæc ipsa legisse memini.Quidã in heremo pater.dominũ toto cordis affectu sæpissime orauit:sue ĩcarnationis formã ut sibi dignaret̃ ostendere.p multũ itaq₃ tẽpus in ea oratione p̃seuerans:diuino tãdẽ nutu

